

inter illam villam<sup>a)</sup> et Aldenburc, et III mansos in Ekehardisberge et I ortum et dimidium mansum in Rodersthorh, de petitione etiam Thietmari in Willerstide et fratrum suorum III mansos in Dosthorh et I in Nuwenstide et de petitione Ekehardi sororii prefati Thietmari III mansos in Nuwenstide. Nolumus etiam ignorare tam presentes quam 5  
 a prememoratis ministerialibus meis emerunt CC et L marcis et de consueta mihi pietate et clementia prememorata bona eis tradidi absque omni exactione advocatorum vel sub-  
 advocatorum ita, ut plenariam fraternitatem apud eosdem fratres adhuc vivens obtinerem et, si quando contingeret me ingredi viam universę carnis, mei memoria apud eos inper-  
 petuum ageretur. Ob huius ergo rei inmortalem memoriam, ne in posterum per conse- 10  
 quentiam temporum ulli veniat in questionem et in dubium, presentem paginam eis contulimus et inpressione nostri sigilli confirmavimus adhibentes testes comitem Heinricum de Boch, Fridericum de Rosla ministeriales nostros, Ekehardum de Gutteren, Thietmarum de Willerstide, Conemundum seniore. Si qua igitur eis in predictis bonis iniuriarum molestia obvenerit, me et meos successores intuitu dei defensores paratos 15  
 habebunt.

(S.J.)

## 551.

*Landgraf Ludwig III. befreit Kloster Spieß-Kappel vom Zoll.*

[Vor 1189 Juni.]

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. S. an Pergamentstreifen verloren. Phot. H. St. A.*

20

*Gedr.: Kuchenbecker, Hess. Erbhofämter Beil. Lit. A. S. 3. Das zum Theil unleserliche Original ist nach diesem Drucke ergänzt worden.**Anm.: Die Urkunde ist ohne alle Daten. Sie ist von Ludwig III. ausgestellt, der nach dem kinderlosen Tode des Grafen Heinrich Raspe in den erledigten Besitz des Hauses in Hessen gelangte (Knochenhauer, Gesch. Thür. 195) und auch anderwärts (vergl. No. 525. 546) sich Landgraf von Hessen nennt. Da Landgraf Ludwig (laut Ann. Reinh. ed. Wegele S. 50 circa festum beatorum Petri et Pauli apostolorum) gegen Ende Juni 1189 zum Kreuzzug aufbrach, so ist die Urkunde vor dieser Zeit ausgefertigt worden.*

Scriptura testante opus est misericordię claustralibus et deo | famulantibus in eorum om[ni]moda necessitate subvenire et | in adversis consolari. Quapropter ego Lüdewicus dei gratia lantgravius Thyrin|gię et rector Hassię omnibus villicis et telo- 30  
 [nariis] meis in utraque [terra] sub districto gratię meę precipio, ut nullum teloneum a f[rat]ribus de Capella et sororibus accipiant et eorum officiatis et legatis, sed absque omni exactione victui et indumentis necessaria libere emant et conquirant sibi videlicet i[n] civitatibus meis Casselo, Mundin, Cruceburg, Isenacha, Godaha, Breidingin eadem meę confisi tuicionis devocione, qua pater meus beatę memorię eos fuit amplexatus et eos 35  
 ob preclarum et sanctum munus orationum mihi reliquid<sup>a)</sup> hereditarios et apud deum, sicut spero, efficaces patronos.

(SD.)

550. a) illam illam villam.

551. a) sic.